

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ipocrisis y  
cum fonte primo

Ypocrite, quo exterius hominibus placent,  
eo se interius aspicere negligunt,  
totosque se in uerbis proximorum fundunt,  
et sanctos se esse estimant, quia sic se haberi ab hominibus pensant.

Gregorius libro XI. moralium.

Sicut enim iusti uiri cum distinctionem uenturi iudicis contemplantur,  
peccata sua ad memoriam reducunt,  
deflent quae commiserunt, districte se iudicant ne iudicentur,  
ita hypocritae quo exterius hominibus placent,  
eo se interius aspicere neglegunt,  
totosque se in uerbis proximorum fundunt,  
et sanctos se esse aestimant quia sic se haberi ab hominibus pensant.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 11.36 (CCSL 143A,  
M. Adriaen ed., p.614, ll.16-22).